

# Conseil

Tenu à Grenoble par le Dauphin pour  
la façon et la forme des nouveaux florins  
Nob.

Dij. février 1327.

NOVERINT Universi, quod anno nativitate  
Domini 1327<sup>o</sup>, Indictione decima, die septima  
mensis februarii; cum Illustris Princeps,  
et magnificus Dom. Guigo Dalphinus Vienn.  
albus Comes, Dominusque de Turre Sacratum  
habuisse decretus cum Bindarello Bede-  
montano de cudendo, operando, et faciendis  
monetam auri, et cupes hoc convocare  
fecisset ad consulendum cupes predictis  
homines infra scriptos, videlicet Scrum  
Sermundeti, Joannem Cellerii, Joannem  
Garneri, andream de Romanis, Jacobum  
de Sancto Martino, andream Mathai,  
Petrum Chabidonia, Dorerium, Jacobum de  
Dya, dictum Lapo, Armandonum de Ponte,  
Giraudum Seyllardi, Joannem filium quondam  
Guigonis Mercerii, franciscum eius fratrem,

ad archiepiscopum Willielmum, et Willalmum de  
eodem loco Episcopos Gratianopolitanos. Pre-  
nominati omnes simul mutuo consensu  
suo, et in concordia, attento, et considerato,  
ut dicebam, honore dicti D. Dalphin, ac  
ipsius commodo, et totius Dalphinatus  
concordanciam, et consulerunt mihi  
infra scripto notario stipulanti nomine  
dicti Dom. Dalphin, et omnium, et  
singulorum quorum interest, et intere-  
re poterit in futurum, quod ipse Dom. Dal-  
phinus facere fieri, et cudi florense  
aurei sub modo, et forma infra scriptis;  
videlicet florenis de viginti quatuor  
quarantauri fini, et debeam intrare in  
marco Curie Romane sexaginta quinque  
de dictis florenis, et non plures, et ad  
remedium ligae octavae partis unius  
quarantauri pro qualibet marca, et ad  
remedium ponderis octavae partis unius  
floreni pro qualibet marca. Item in  
dictis florenis si a ore debeatur ab una  
parte imago beati Joannis Baptistae,

et supra spatulam. dextram ipsius imagi-  
 nis. Si ei esse debeat unus parvus Dalphinus,  
 et circum scribatur à dicta parte, sanctus  
 Joannes Baptista; ab alia vero parte  
 dicti Florenti. Si ei esse debeat unus flos  
 delibis, à dicta parte circum scribatur,  
 Guigo Dalphinus. actus inter dictos Cives  
 ex una parte, et me notarium infra  
 scriptum, quo supra nomine, &c. actum  
 apud Gracianopolim in majori Curia  
 Domini Dalphini. Præsentibus D. Humberto  
 Clareti Canonico de Romanis, Johanne  
 Humberto Curispenis, et me Humberto  
 Pilati de Buxeris. /